



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-840789-p0001-7

DFG

E. 16. num. 4.

1773, 2 10

PROGRAMMA

QVO

FRANC. PHIL. BREITSPRECHER,

I. U. D. ET PROF. REG. ORD. FACULT. IURID. P. T. DECANUS,

AD

DISPUTATIONEM GRADUALEM

DE STATUTORUM PROPRIE TALIUM OB-
LIGANDI PRINCIPIIS EORUMQUE AU-
THENTICA INTERPRETATIONE.

QVAM

PRAENORILISSIMUS ET DOCTISSIMUS CANDIDATUS

GEORGIVS FRIDERICVS
SCHULZE,

LAGA-MEGAPOLITANUS

PRO RITE IMPETRANDIS
SUMMIS IN UTROQVE IURE HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS

D. IX. MENS. MART. A. O. R. MDCCCLXXIII.

H. L. Q. G.

PUBLICE DEFENDET

INVITAT

SIMULQUE

DE IURE STATUENDI ACADEMIAE GRYPHICAE
COMPETENTE

PAUCA DISSERIT.

GRYPHISWALDIAE
LITTERIS A. F. RÖSE
REG. ACAD. TYPOGR.







Observeantur etiam auctoritate regnorum et civitatum de rebus
imperialibus et diversis quae mobili iudiciorum et audi-
tionum ordinum et consistoriorum et ecclesiasticis emuntur

I.

Observeante Perillustri D. G. STRUBEN *a)* potestatem
legislatoriaam olim non magni fecerunt Germania-
iae principes & iudicibus atque scabinis fere re-
liquevunt, quid iustum vel aequum inter cives esse debe-
ret. In hac potestatis legislatoriaie vilitate rationem po-
nit Ill. DE SELCHOW *b)*, cur pleraque Germaniae urbes
insigni statuendi privilegio donatae sint & ad hunc usque
diem gaudent. Quod si inversa vice concludere liceret,
afflerere non dubitarem, summos Pomeraniae principes o-
lim non minoris quam hodie fecisse eam potestatem, quae



inter imperii partes maxima est. Rarissima enim in Pomerania sunt privilegiorum exempla, quibus civitatibus vel aliis universitatibus condendorum statutorum facultas expresse concessa esset. Neque tamen omni exemplo res caret. Sic enim, praeter civitatem Sundensem, cuius privilegia, statuendi potestatem clare loquentia, in omnibus febre huius materiae libris iam adducta leguntur, in primis etiam Academia nostra Gryphica iure condendi statuta dotata est atque exornata, adeoque paucis illis studiorum sedibus, de quibus idem iam narravit & probavit litteratissimus RICCIUS c), iure meritoque hoc nomine annumeranda.

a) P. II. pag. 385. editionis secundae der Nebenstunden.

b) in Element. iur. german. privati §. 53. edit. tert.

c) im zuverlässigen Entwurf von Stadt-Gesetzen, pag. 324. & 344; e quibus locis appetet, & Halensem Academiam & Vindobonensem potestatem condendi statuta vi singularium concessionum sibi vindicare, quoad priorem autem non omni dubio exemptam rem esse.

II.

Iam meminit huius Academiae nostrae competentis iuris, post fata adhuc famigeratissimus H. H. ab ENGEL-

RECHT

◎ ◎ ◎

5

BRECHT d); sed pro solo illius fundamento *ius collegii* a principe Academiae indultum adduxit. Sin vero nullum alium fontem atque titulum haberet, vereor sane, ut paulo penitus re inspecta nil quidquam remaneat, de quo tanquam singulari beneficio corpus academicum fibi possit gratulari. Nam iura sic dicta collegialia nulli collegio publice adprobato denegari queunt & licet facultatem, per modum conventionis statuta introducendi, tacite sub se comprehendant, status etiam societatis vel collegialis tanquam conditio spectandus sit, sine qua de iure per modum legis statuendi sive expresse sive tacite concessio frustra quaereretur; minime tamen exinde, quod collegii ius indulserit princeps, derivari potest, concessam simul esse potestatem, condendi statuta sine eius confirmatione & absque singulorum collegio subiectorum consensu obligatoria atque valida. Eiusmodi autem potestatem intelligere solemus, dum de iure statuendi tanquam beneficio peculiari loquimur; nec aliam nec minorem in mente habuisse EN GEL BRECHT I-
UM, Virum, dum viveret, strenuum & incomparabilem iurium academicorum defensorem, cuius etiam meritis eximiis hic quidquam detrahere voluisse, longissime a me abfuit, vix ac ne vix quidem dubito.

* in *Delineatione status Pomeran. Sueth.* pag. 358. &
360. n. 5.

III.

Ut ergo limpidores fontes eius iuris statuendi, quod me quidem iudice concilium academicum sine ulla arrogantia sibi tribuere potest, adeamus; in promptu sunt varia publica documenta, e quibus, largitam illi expressis verbis esse statuendi facultatem, indubitanter constat. Sic ex charta, qua HENNINGUS Episcopus Caminensis CALIXTI III. bullam fundationis Academiae d. 21. Sept. 1456. publicavit, verba sequentia hic pertinent: *Quique etiam Rector & sui successores pro tempore de consilio dictae Universitatis possunt statuta condere ipsi Universitati proficia, & condita, quoties expedire videbitur, corrigere & emendare.* Inter ipsos autem Pomeraniae principes primus Academiae nostrae conditor WARTISLAUS IX. in instrumento, quo HENRICUM RUBENOVIVM Vice Dominum constituit, dat. in Vigil. Michael. 1456. statuendi potestatem his verbis concessit: *So bevele wy juw an unser Stede, alsse eneme Vice. Domino, to kesende enen Rad van erlischen Lüden, de uth sick moghen kesen en hovet, oste enen Rectorem, um denne Statuta setten u. s. w.* Sic etiam PHILIPPUS I. in confirmatione Statutorum academicorum de 1547. notanter adposuit: *Auch soll mit dieser Ordnung, welche auf gegenwärtige Zeit und Gelegenheit gerichtet, gedachten unser Rector, Dechant und andern, so der Ehrenwürdige unser oberster Prälat und getreue, der Bischof von Cammin, als der Universitaet Cancellarius verordnen wird, nicht benommen, sondern*

dern fürbehalsten seyn, dieselb nach Gelegenheit und Umständen zu ändern, zu vermehren und zu verbessern. e)

e) Extant omnes h. §. adductae chartae in *noviss. legum patriae collect. Tom. II.* pag. 746. 747. & 809.

IV.

Haec vero loca, quibus, superfluum nisi foret, plura addi adhuc possent, fin iam conferamus cum principiis in dissertatione, cui in praesenti praeloquor, stabilitis, prona erit conclusio, magistratui academico ius esse, de rebus eius curae & inspectioni concreditis condendi statuta, omnibus ipsis iurisdictioni vel inspectioni subiectis sine ulteriori etiam principis speciali consensu vel confirmatione obligatoria. Nullibi enim in privilegiis Academiae specialis consensus atque confirmationis necessitas summo principi reservata reperitur & tutissimam esse illationem, quod iure statuendi expresse concessio, neque tamen reservatione adiecta principalis confirmationis, ab hac vigor atque validitas statutorum vi privilegii conditorum haud dependeat; qua Pomeriam nostram eo facilius admittendum erit, quo clarius haec doctrina eiusque veritas in ipsis adeo legibus publicis iisque domesticis agnita est atque firmata. f) Porro autem sequitur, solum etiam magistratui academico authenticam statutorum suorum interpretationem competere ceteraque omnia circa

haec



haec illi licere, quae legitimo legis auctori tribuenda & concedenda esse, aliunde satis notum est.

f) Landtags-Abschied d. d. Wolgast den 16. Decemb.
1669. Exstat in noviss. constitut. patriae Coll. Tom. I. p. 699.
Verba, quae in primis hoc pertinent, ita sonant: inzwischen
aber bey Ausarbeitung dieser Policey und derer mit
dazu gehörigen Ordnungen, die E. E. von Städten
insgemein und insonderheit die Stadt Stralsund bes-
dungen haben, daß selbiges alles ihrem iuri statuendi
& arbitrandi nicht praeiudicirlich seyn sollte — — : So
hat die Königl. Regierung zu Aufhebung alles künf-
tigen Zweifels sich dabey erklärt, daß denen Städten
ingesammt das *ius statuta*, so ihr Policey-Wesen an-
gehört, zu machen, nicht gestritten, vielmehr dieselbe
und zwar eine jede, wie sie damit entweder privile-
giert, oder es auch von undenklichen Jahren herge-
bracht hat, geruhiglig dabey gelassen werden, jedoch
mit diesem ausdrücklichen Vorbehalt, daß von denen
Wertern, wo die hochsel. Herzoge in Pommern das
ius statuta confirmandi, minuendi vel etiam tollendi ihnen
ausdrücklich reservirt haben, oder in possidente vel quasi
dieselben gewesen, die *confirmations* derselben bey der
Regierung gesucht werden sollen. Obmoveri non poten-
tit, de solis civitatibus, minime de universitate Gryphica ser-
monem hic esse. Facile enim perspicitur, noluisse legislato-
rem singulare quid civitatibus hic indulgere, sed decidendas

linis

litis ab illis motae causa principia iuris confirmandi generalia,
quae Academiae non minus quadrant, quam civitatibus, pro
norma decisionis indubitata posuisse.

*Si hinc situs nesciunt iusto sed nos credidimus
otioso libarum exscriptur. V. si ambo studia inserviunt*

Quamvis autem sic satis evictum erit, ius statuendi
summorum principum gratia magistratui academico indul-
tum involutam habere potestatem praescribendi ipsi subiectis
statuta absque confirmatione summi legislatoris valida & vim
coactivam secum ferentia; alia tamen quaestio est, numne
ad bene imo ad melius esse eiusmodi confirmatio faciat? Eam
tantum abest, ut negare ausim, ut potius maximam hanc
praebere utilitatem plane convictum me habeam. Prima-
riam rationem in eo collocandam esse puto, quod ius statu-
endi cuiuslibet universitatis superioribus subditae, cum ita
semper exercendum sit, utne ex publica lege quid corrump-
atur, id vero est, utne contra ius praeceptivum vel prohi-
bitivum a superioribus praescriptum impingatur, tam arctis
ob eiusmodi iurium multitudinem limitibus circumscriptum
sit, ut quo intentior universitatis saluti illius magistratus
est, eo magis forsan vereri debeat, ne hosce limites transi-
liat, sic vero statutorum licet prudentissimorum validitatem
& vigorem incertitudini & litibus exponat, quas praecidere
sola principis confirmatio valet.

b

Plu-

Plura, quae de confirmationis utilitate, de modo condendorum statutorum academicorum, de statutis facultatum & cassae viduarum similibusque affinibus obiectis & materiis specialioribus, non sine omni forsan usu afferri & investigari adhuc possent, iam reservare scribendi occasio efflagitat. Praebuit eam

PRAENOBILISSIMUS DOMINUS

GEORGIUS FRIEDERICUS SCHULZE

summorum in iure honorum Candidatus, qui studiorum cursu absoluto, quem more alias solito me hic non describere facile condonabit benevolus lector, examini rigoroso Inclytæ Facultatis Iuridicae Rostochiensis sese subiecit & sequens publicum testimonium, quod dignus iudicatus fit, qui in Candidatorum numerum recipiatur, reportavit:

Praenobilissimum Dominum **GEORGIUM
FRIDERICUM SCHULZE**, Laga-

Megapolitanum, die **xviii.** huius mensis examen sic dictum rigorosum in facultate iuridica sustinuisse, seque ita praestitisse, ut receptione in numerum Candidatorum dignus iudicatus sit, hocce publico testimonio cor-

robo-

robatur. Dabam Rostochii die **xxiii.** Iul.
MDCCLXXII.

IACOBUS HENRICUS
(*L. S.*) *BALEKE,*
Facultat. Iurid. Rostoch. h.
Decan.

In votis scilicet habuit Dn. Candidatus, ut in Academia Rostochiensi honores doctorales capessere posset. Quorum complemento cum fata adversa huius musarum sedis impedimento fuerint, nostram adiit & dignitatem doctoralem apud meam facultatem quaeſivit. Haec etiam eius desiderio ob fidem adducto testimonio publico habendam non potuit non suffragari, quare ad praelectiones sic dictas cursorias admisſus est, iisque quaefitionem utilissimam: *An pupillo in bonis tutorum vel curatorum hypotheca tacita privilegiata competit?* illustravit. Iam ergo, quo voti sui compos fiat, nihil reliquum est, quam ut dissertationem suam inauguream: *de statutorum proprie talium obligandi principiis eorumque authentica interpretatione*, publico examini submittat & contra dissentientes sustineat. Conflictui huic nec non solenni Domini Candidati in Doctorem promotioni d. IX. Mart. destinatus est. Officii ergo mei ratio iam a me postulat, ut *Magnificum Dominum Pro-Cancellarium, Magnificum*

Aca-



*Academiae Pro-Rectorem, Generosissimum Regii Dicasterii Directorem, Utriusque Collegii Proceres, urbis & sacri ordinis Patres, Generosos atque Nobilissimos Commilitones ad hunc actum sua praesentia condecorandum mei & Dn. Candidati nomine omni, qua par est
observantia, invitem.*



P. P.

SUB SIGILLO FACULTATIS IURID.

D. VII. MART. MDCCCLXXIII.

V D
A 8

ULB Halle
005 372 003

3



Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Inches

Black
White
3/Color
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

C. 16. num. 4.
1773, 2 10

GRAMMA
QVO
BREITSPRECHER,
FACULT. IURID. P. T. DECANUS,
AD
JEM GRADUALEM
PROPRIE TALIUM OB-
PHIS EORUMQUE AU-
TERPRETATIONE.
QVAM
DOCTISSIMUS CANDIDATUS
FRIDERICUS
ULZE,
GAPOLITANUS
IMPETRANDIS
VE IURE HONORIBUS
IVILEGIIS
A. O. R. MDCCCLXXIII.
L. Q. G.
DEFENDET
INVITAT
ULQUE
ACADEMIAE GRYPHICAE
RETENTE
DISSERIT.

HISWALDIE
A. F. RÖSE
AD. TYPOGR.

